

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput I

urn:nbn:de:bsz:31-97032

ADMIRANDA FOSSILIUM.

CAPUT I. DE FOSSILIBUS IN GENERE.



Aëneus fuere in superius orbis elevata
 culmen, in ipso abscondita recessu jam
 considerabimus; quæ, quia ope eruun-
 tur humana, fossilia sapientes dixere, &
 terrarum, succorum, lapidum, metallo-
 rum includere nominibus. Gigni quidam à calore
 subterraneo existimant; Creatæ, primo à Deo, semi-
 nali quodam se propagare principio, alii sentiunt. Et
 certe ex vaporibus quibusdam fieri metalla, veritatim
 haud absolum. In Perside non semel ærea Corpora
 hamatis sagittis similia, cælo corruscante decidisse
 narrat *Avicenna*. In Hispania verò massa lapidea venis
 metallicis infecta è nubibus lapsa est. *Lydiar. de fontibus*
cap. 6. Posterius scriptorum quorundam confir-
 mat testimonium. Nam aurum Corbachii in West-
 phalia singulis quadrienniis crescit & recrefcit in cum-
 ulis Vena plumbi in Slavonia in argentum quadra-
 gesimo transit anno. Squamma æris sicca, in anno in
 aurum. Ferrum in Silesia ad Saganum decimo refodi-
 tur anno. In Suecia limus tuber palustris, uno anno
 Soli expositus in bonum ferrum abit. Fessularum mons
 in Hetruria lapides plumbarios habet, qui si exsting-
 dantur brevi temporis spatio, novis instaurantur in-
 crementis. De ferro quod in Ilva Tyrreni maris In-
 sula effoditur, refert *Casalpinius l. 3. de Metal. cap. 6.*
 terram metalli inanem quæ eruitur, dum vena effodi-
 tur, totam procedente tempore in venam converti. In
 India denique mons est Oromenus, in quo lapidicina-
 rum modo, sal cæditur renascens. *Casalp. l. i. de Me-*

tal. c. 1. Insigne verò illud est quod *Garzias* ab Horto de Adamante scribit *Simpl. India* l. 1. c. 47. *Adamantes*, inquit, qui altissime in terra visceribus multisque annis perfici debebant, in summo fere solo generantur, & duorum aut trium annorum spatio perficiuntur. Nam si in ipsa fodina hoc anno ad Cubiti altitudinem fodias, adamantes reperies. Post biennium rursus illic excavato, ibidem inuenies adamantes. Cæterum quomodo id fiat, difficile dictum est. Nulli potest facilius esse loqui, quam rerum natura pingere, lascivienti præfertim & in magno gaudio fertilitatis tam varia ludenti *Plin.* l. 21. præfat. Haud tamen videtur absurdum, spiritum cum materia idonea coalescere, illam nondum bene excoctam aliis dimittere, hoc modo perpetuati. Certe fluxus venarum analogum quid vegetabili ostendunt naturæ, & relatio à *Fribergensi Medico*, in infossorum Metallicorum pulmonibus, apertis post mortem cadaveribus, ea ipsa metalla concreta reperta, in quibus laboravere vivi; idem innuere videtur *Sennertus de consensu & diss. Chymic. & Galenicorum.*

CAPUT II. DE MARGA ET TERRA RIGULORUM.

Marga est terra spissa & pinguis: ac interdum ita fluida & alba, ut medullæ ossium in animatis non abssimilis videatur. Sæpius est dura, quæ pota sanguinis per ora venarum profusionem sinit; omninoque quas *Samia* vires habet. Effoditur multis in locis, apud *Saxones* præfertim. *Goslarix* duplex, quarum una cinereo est colore, altera candidior; ex qua fiunt formæ, in quas hi qui metalla figurant, ea liquida infundunt. Vtramque frigus acre in tenuissimas bracteas dividit: tamen si prior antequam vim frigorum acceperit, ex crassis constet crustis. *Figulorum* terra spissa, mollis, rara est. Ex pinguibus & spissis

singun-